

217. *Madhucius, Phil., De pignoricibus et  
hypothesis.*

44/60684











D  
I  
O  
X



THESES

De Pignoribus & hypothecis:

Quae

DEO BENE IU. VTE,

PRAESIDE CLARIS-  
SIMO AC CONSULTISSIMO VI-  
RO, DN. PHILIPPO MATTHAEO I. V. D.  
Ximio, pro tempore Academiae Marpurgen-  
sis Rectore Magnifico, eiusdem Profes-  
sore ordinario, publicè discuti-  
endas exhibet

FRIDERICVS Semper BRVNSVIGIVS.

Ad diem 30. Ianuarii, hora & loco consuetis.





NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO  
viro, DOMINO JUDOLPHO ab Eddingero,  
Dn. s. c. fautori plurimum obser-  
vando:

*Nec non*

INTEGERRIMO VARIARUMq; RE-  
rum usu ac experientia præstantissimo viro,  
Dn. HENRICO Lempsen / parenti suo fide  
summa perpetuaq; obseruantia colendo:

Suam hanc de Pignoribus & hypothecis habitam  
disputationem gratitudinis & obseruan-  
tiæ ergo dedicat

*Fridericus Lempsen.*



380/44/606 84/31

# DE PIGNORIBUS ET HY- pothecis.

## THESIS PRIMA.



*Ignororum & hypothecarum materiam late admodum patere, & jucundam esse ac frequentissimam, quotidiana edocet experientia: Siquidem nullus est in iure contractus, nulla conventio, cui non possit pignoris obligatio accedere a. Quando enim debitoribus non est in promptu, quo debitum exoluant, ad securitatem contractus pignora intercedunt b, quibus tutius est incumbere, quam persona c.*

a) l. res hypothecæ. 5. de pignorib. & hypoth. Hotom. ad tit. de pignorib. & hypoth. fol. 24. b) §. ult. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. VVesemb. in parat. ff. de pignor. act. n. 2. c) §. unde constat. 14. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. plus cautionis. 25. de reg. iur.

## II.

*Est autem pignus sive hypotheca (quæ quo ad effectum & usum idem sonant) a res omnis creditori in vicem & securitatem debiti principalis obligata b. He voces quandoq; significant improprie ipsam conventionem c, quandoq; ius illud, quod in re huiusmodi habemus d.*

a) d. l. res hypothecæ. 5. §. pen. de pignorib. & hypoth. b) §. item Seruiana. 7. vers. nam pignoris. Inst. de action. Donel. in tract. de pignor. & hypoth. cap. 2. c) l. 1. §. ult. de pact. d) l. 4. ibi, contrahitur hypotheca per pactum. de pignor. & hypoth. l. 1. in princ. de pignor. act. l. 2. C. quæ res pign. oblig. poss.

## III.

*Propriissime loquendo, pignus & hypotheca differunt, ut hæc dicitur, cum res ipsa non traditur, sed aliis, etiam nuda conventionem obligatur; illud verò quando creditor in possessione constituitur a. Inde q; creditur pignus dici à pugno, quod quasi de manu in manum transferatur b.*

a) d. §. item Seruiana. Inst. de action. l. si rem. 9. §. proprie pignus. de pignor. act. b) l. plebs. 23. §. pignus. de verbor. signific.



III.

*Pignus (generaliter acceptum) est expressum & tacitum a. Expressum est conuentionale, aut non conuentionale b. Conuentionale, quod ab ipso debitore expressa interueniente conuentione constituitur c.*

a) l. pen. & tot. tit. in quib. causs. pign. vel hypothec. tac. contrah. l. quamvis. 3. C. eod. l. item 4. de pact. Cuiac. in parat. ff. in quib. causs. pig. vel hypoth. tac. contrah. b) l. ult. C. de prator. pign. c) d. l. pen. ibi, quæ ex conuentione manifestarii pignoris. in quib. causs. pig. vel hypoth. tac. contrah. d. l. i. in princ. de pign. act.

V.

*Hinc pignus quoddam generale est, quoddam speciale.*

l. i. & l. obligatione. 6. de pign. & hypoth. l. rei creditor. 17. C. de distract. pignor. Dom. Vult. lib. i. Iurisprud. cap. 33. n. 48.

VI.

*Generale est omnium bonorum debitoris, & hoc interdum presentium tantum, non etiam futurorum, interdum indistinctè, & eorum quæ presentia sunt, & eorum quæ sunt futura a. Exceptis illis, quæ quis verisimiliter oppignoraturus non fuisset b.*

a) d. l. i. b) d. l. 6. & seqq. de pignorib. & hypoth. Vult. d. loco.

VII.

*Specialis pignoris constitutio fit, cum specialiter & nominatim certæ res pignori obligantur, quo casu nihil amplius oppignoratum esse intelligitur, quàm id, de quo specialiter conuenit.*

d. l. i. in princ. l. & quæ nondum. 15. §. quod dicitur. de pign. & hyp.

VIII.

*Nihilominus tamen ea, quæ rei obligatæ accedunt, vel inde nascuntur, pignoris iure tenentur, ut si fundo per alluionem quid accreuerit a, aut proprietati nuda ususfructus accesserit b. Item illa quæ ex re oppignorata fuerint nata, ut partus ancillarum c, fœtus pecorum d, & fructus prædiorum e.*

a) l. si fundus. 16. in princ. de pign. & hypoth. b) l. si conuenierit. 18. §. si nuda. de pign. act. c) l. fideiusor. 26. §. ult. l. Paulus. 29. §. 1. de pign. & hypoth. l. 1. C. de part. pign. & ibi Cuiac. in parat. idem ad Paul. lib. 2. sent. tit. 5. d) l. grege pignori. 13. in princ. de pign. & hypoth. e) l. quamvis. 3. C. in quib. causs. pig. tac. contrah.

## IX.

*Non conuentionale constituitur vel magistratus auctoritate, vel testatoris a. A magistratu constitutum vel pratorium est b, vel iudiciale c.*

a) l. non est mirum. 26. de pign. act. b) l. ult. C. de prator. pign. c) tot. tit. C. si in caus. iudic. pign. capt. fit. Dd. in l. à diuo Pio. 15. §. in uenditione. de re iudic. à pratorio pignore distinguitur iudiciale, ut ostendit Cuiac. lib. 5. obseru. cap. 30. & in parat. C. si in caus. iudic. pig. capt. fit. fac. l. 2. C. qui potior. pign. habeant. Dissentiunt Donel. d. tract. de pignor. & hypoth. cap. 5. Balduin. eod. tract. cap. 8. Petrus Vanderan. in prolegom. de priuileg. creditor. cap. 15.

## X.

*Hoc ad exequendam sententiam definitiuam in causam iudicati, ex condemnati bonis ab executore iussu & auctoritate magistratus a extra ordinem b capitur: Illud propter contumaciam rei neg. soluentis, neg. respondentis, neg. cauentis missio in possessionem actoris c ex iure pratorio d constituitur. Hoc capitur tantum ex bonis iudicati, illud datur etiam aduersus debitorem non iudicatum e.*

a) l. 1. & tot. tit. C. si in caus. iudic. pign. capt. fit. & ibi Cuiac. in par. l. si plus 74. §. 1. de euct. Hotom. ad tit. de pig. & hypoth. fol. 11. Cuiac. d. lib. 5. cap. 30. b) l. si pignora. 50. de euction. c) l. 2. C. de prator. pign. & ibi Cuiac. in parat. l. missio. 12. pro empt. l. 3. §. pignori. de reb. eor. qui sub tut. sunt. d) l. 3. C. ut in possessionem legat. Cuiac. d. lib. 5. cap. 30. Menoch. de recup. possess. remed. 12. n. 17. e) Cuiac. in parat. C. si in caus. iudic. pig. capt. fit. Vult. d. loco n. 29.

## XI.

*Iussu testatoris constituitur pignus, cum testator rem aliquam suo creditori pignori esse iubet.*

d. l. non est mirum. 26. de pign. act. l. cum hi. 8. §. si uni. 15. versic. nam nec pignus. de transact. l. fundus. 9. de annu. legat.

## XII.

*Sequitur nunc ex ordine pignus tacitum, ipso iure seu lege sine hominum opera quod inducitur vel ex presumpta voluntate, vel singulari favore seu priuilegio.*

l. unic. §. & ut plenius. C. de rei uxor. act. l. 1. ibi, hypothecariam ab ipsa lege induci. C. comm. de legat. & fideic. l. cum oportet. 6. §. ult. C. de bon. qua. liber. Don. d. tract. c. 4. in pr.

## XIII.

*Sic illata inuecta in prædium urbanum pro pensione a, sic fructus in fundo locato nati ob mercedem, domino vel locatori tacite quasi id conuenienter, obligata sunt b, in inductis in prædium rusticum rebus hoc definitum non est, nisi id conuenienter nominatum c.*

a) l. 2. 4. 6. in quib. caus. pig. vel hyp. tac. contrah. l. fin. C. eod. b) l. in prædiis. 7. in princ. in quib. caus. pign. vel hypoth. l. quamuis. 3. C. eod. l. si in lege. 24. § si colonus. Locati. c) d. l. 4. ibi, in rusticis prædiis contra obseruatur. in quib. caus. pign. vel hypoth. l. certi iuris. 5. C. de locat. §. adipiscendæ. versic. interdictum quoq; ibi, pepigiisset. Inst. de interdict. Cuiac. in not. ad Instit. §. item Seruiana. Inst. de act. idem in l. 4. de pact. Connan. lib. 4. comm. iur. cap. 16. n. 6. Donel. d. tract. de pignorib. & hyp. cap. 4. Balduin. eod. tract. cap. 6. VVes. in par. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. n. 2. Vult. d. cap. n. 13. Dissent. Accurf. in d. §. item Seruiana. Inst. de act.

## XIIII.

*Rusticum autem prædium ab urbano discernitur non loco, sed materia & qualitate. Urbana enim prædia omnia adificia vocamus, non ea tantum, quæ sunt in oppidis, verum etiam si stabula sint in villis & vicis.*

l. urbana prædia. 198. de verb. signif. l. 1. C. comm. prædior. Donel. d. cap. 4.

## XV.

*Sed queri hic potest, an etiam res minoris, vel libri Scholarium in domum conductam illati, pro pensione illius domus tacite oppignorati censeantur? Tam prius a, quam posterius b, negamus.*

a) Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. à n. 66. usq; ad 83. idem lib. de arbit. iudic. quæst. 2. cent. 2. cal. 171. n. 30. & seqq. Cost. ad l. item conuentiones. 4. de pact. dissent. Negufant. tract. de pign. & hypothec. 4. memb. 2. part. n. 154. b) Sichard. ad rubr. C. de pignor. & hypoth. n. 18. Iafon ad §. item Seruiana. Inst. de act. n. 64. ibidem Zas. n. 23. Schneidewin. nu. 43.

## XVI.

*Abq; præsumpta illa conuentione, interdum etiam pignus ex privilegio concessum est, quod partim creditoris persona tribuitur, cui lex*  
consul

*consultum esse vult, partim rei & causa, de qua agitur sine ulla personarum, que contraxerunt, delectu.*

Donel. d. tract. cap. 4. circ. med.

XVII.

*Creditoris gratia pignus datum est primum fisco, ut ille semper habeat hypothecam tacitam ex causa tributorum a, & ex causa contrahentium suorum b, non etiam ex aliis c.*

a) l. r. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. b) l. 2. C. eod. la. uferur. 46. §. fiscus de iur. fisc. c) l. fiscus. 6. de iur. fisc. l. rescriptum. 10. de pact. l. 2. de reb. eorum qui sub tut. sunt. Vult. d. cap. n. 10.

XVIII.

*Sed numquid prater Imperatorem etiam alii Principes, & civitates superiorem recognoscens fiscum habeant, questionis est? Nos de illis, quibus est merum & mixtum imperium, item iura regalia id affirmamus.*

l. 2. C. de iur. Reip. l. simile. 10. ad Municipal. l. Antiochensium. de reb. auctor. iudic. possid. Hot. ad tit. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. Negufant. d. tract. sub 4. memb. part. 2. n. 114.

XIX.

*Sic pupillis & minoribus bona tutorum & curatorum pro administrationis officio a; Sic bona secundi mariti, cui mater nupsit, qua filii impuberis tutelam susceperat, non petito alio tutore, nec restituta tutela pupillo pignoris iure tacito intellectu tenentur b, quemadmodum & bona matris c.*

a) l. pro officio 20. C. de administrat. tutor. l. unic. §. & ut plenius. C. de rei uxor. act. b) l. pen. C. in quib. caus. pign. vel hypyth. tac. contr. Nouel. 22. cap. 40. c) d. Novel. 22. cap. 40. l. hac edictali §. pen. C. de secund. nupt.

XX.

*Sic bona administratoris civitatis civitati, sicut & Ecclesie bona Pralati ob administrationem suam tacite sunt obligata.*

c. illud. n. quaest. 13. Vult. n. 22.

XXI.

*Pro utilitate autem rei, qua de agitur, pignoris ius constitutum est tacite primum in causa dotis, ex utroque latere, tam ex parte mariti pro dotis*

*dotis restitutione, quam ex parte mulieris pro ipsa dote praestanda, vel rebus dotalibus enictis.*

Donel. d. cap. 4. d. l. unic. §. & ut plenius. C. de rei uxor. act. de qua re plene Negufant. d. tract. memb. 4. part. 2. n. 24. & seqq.

XXII.

*Legatarius quoque, in bonis testatoris pro legato consequendo a, creditor propter debiti causam, qui pecuniam adadium b, vel alterius rei, veluti navis c restitutione, mutuam dedit, hoc pignus tacitum habet.*

a) l. i. C. comm. de legat. b) l. i. in quib. caus. pig. vel hypoth. l. cum duobus. §. 2. §. idem respondit. 10. pro soc. l. 5. C. de aedific. priuat. c) l. interdum. §. ubi Accurs. cum l. seq. qui potior. in pig. habeant. Negufant. de pignori. & hypoth. part. 2. memb. 4. n. 162. idem part. 5. memb. 2. n. 15. Mynf. cent. 1. obs. 60. Gail. 2. obs. 12. n. 4. Vult. n. 19. Dissent. Donel. d. cap. 4. Hotom. ad tit. in quib. caus. pig. vel hypoth. tac. contrah.

XXIII.

*Res autem quae non prohibentur, dari pignori possunt, & pro regula traditum est, rem qua emtionem venditionemque recipit, & pignorationem posse recipere a. Ita quaeuis res, qualiscumque, etiam illa sit, siue corporalis siue incorporalis b, modo sit in commercio pignori obligari potest.*

a) l. sed & quod. 9. in fin. de pignorib. & hypoth. l. i. §. 2. quae res pig. oblig. poss. l. si conuenerit. 18. in fin. de pign. act. b) l. grege. 13. §. cum pignori. de pignorib. & hypoth. l. nomen. C. quae res pig. oblig. poss. l. 3. & 7. C. de heredit. vel act. vend. d. l. si conuenerit. in princ.

XXIII.

*Verum quadam res prohibentur pignori naturae, ut quae nec in dominio, nec in possessione alicuius esse possunt, cuiusmodi sunt res sacrae, sanctae, relligiosae, liber homo a. Nec in pendenti erit pignoris obligatio, quod harum rerum commercium adipisci possumus b.*

a) l. 2. C. de relligios. & sumpt. fun. l. 3. & 6. C. quae res pign. oblig. poss. b) argument. §. nec in pendenti. Inst. de inutilib. stipulat. l. inter 83. §. sacram. de verb. oblig. quoniam ex accidente non potest postea conualescere, quod ab initio nullum fuit. l. quod ab initio. 29. de reg. iuris.

XXV.

*In redemptio tamen ab hostibus pignus lege definitum est, qui eo usque,*  
pro

*pro precio pignori esse intelligitur, quoad illud exolutum fuerit.*

l. 2. C. de postlim. reverf. l. si patre, 15. l. si quis. 21. ff. eod. l. qui testamen-  
to 20. §. 1. qui test. fac. poss. l. Senatus. 43. in fin. de legat. 1.

XXVI.

*Quaedam prohibentur legibus, ut res pupillares a, bona minorum b, res litigiosa c, res fideicommissa pure subiecta d, premium futurae victoriae e, bona dotalia f, & feudalia g, instrumenta ad agriculturam pertinentia h.*

a) l. 1. §. 1. quæ res pign. oblig. non poss. b) l. lex quæ tutores. 22. C. de administrat. tutor. c) d. l. 1. §. fin. quæ res pig. oblig. non poss. d) l. fin. §. sed quia nostra. C. comm. de legat. e) l. spem. C. quæ res pign. oblig. non poss. f) l. unic. §. cum lex. C. de rei uxor. act. g) cap. 1. de prohib. feud. alien. Gail. lib. 1. observ. 117. h) l. 7. & 8. cum auth. seq. C. quæ res pign. oblig. non poss.

XXVII.

*Item servitutes urbanorum prædiorum, velut tigni aut stillicidii immittendi, vel protegendi, vel projiciendi a, non etiam rusticorum, veluti iter, actus, via, aqueductus b.*

a) l. si is qui. 11. §. fin. de pignorib. & hyp. Hotom. ad tit. quæ res pig. dat. oblig. non poss. b) l. sed an via. 12. de pignorib. & hypoth. Cuiac. lib. 15. obl. 6. idem in par. C. si al. res pig. dat. fit. Mudæ. de pignorib. cap. quæ res oblig. n. 16. Hotom. d. loco. Connan. lib. 4. comment. iuris cap. 14. à n. 1. Dissentiunt Duaren. lib. 2. disputat. cap. 13. Donel. d. tract. c. 8.

XXVIII.

*Videamus nunc à quibus personis res idoneè nectantur, & quidem oppignorare volentem, rei oppignorande dominum esse oportet.*

l. qui filios. 6. C. quæ res pig. oblig. poss. l. quæ prædium. 6. C. si al. res pign. dat. fit.

XXIX.

*Rei enim aliena oppignoratio inutilis est a, nisi fiat cum rei domini voluntate b. Si tamen res aliena pignori sit nexa, obligatio nihilominus contracta est, ex qua utilis pignoratitia datur creditori c.*

a) d. l. quæ prædium. b) l. aliena res. 20. l. petenti. 27. de pig. act. l. 2. & fin. C. si alien. res pign. dat. fit. c) l. si Titio. 22. de pignorib. & hypoth. cui contraria videtur l. rem alienam. 40. de pig. act. vid. Vult. i. dilect. Scholast. 17. fol. 208.

Quinquam ei quoque, qui quasi dominus est, pignus constituere permittatur. Nam Emphyteuta vectigalem fundum recte oppignorat, modo soluat Canonem a, itemque superficialius aedificium, dum tamen saluum domino soli suum salarium maneat b, similiter bone fidei emptor, cui Publiciana competit, recte rem bona fide possessam oppignorat c.

a) l. lex vectigali. 31. de pignorib. & hypoth. b) l. grege. 13. §. 3. eod. l. etiam. 15. qui pot. in pign. l. tutor. 16. §. ult. de pig. act. c) l. si ab eo. 18. l. si inter. 21. §. 1. de pign. & hypoth.

Itemque, si debitor rei antea aliena, in hypothecam datae, postea factus sit dominus, pignus quod ante non valuit, conualescere dicitur, non quidem stricto iure, sed ex aequitate a: modo rem alienam esse creditor ignoravit b.

a) l. 5. C. si res al. pign. dat. sit. l. item. 6. §. sed etsi filiusfam. ad Macedon. l. filiam. 56. ad Trebell. l. qui balneum. 9. §. fin. qui pot. in pign. b) arg. l. tutor. 16. §. 1. in fin. & l. cum debitore. 32. de pig. act. Costal. ad l. rem alienam. de pig. act.

Pignore expresse vel tacite constituto, consequitur creditor potestatem & persequendi pignoris a, & nisi solutio principalis debiti fiat, distrabendi b.

a) l. pignoris. 17. de pignorib. & hypoth. b) §. contra autem. Inst. quib. alien. lic. vel n. tot. tit. ff. & C. de distract. pign. V Vel. in par. ff. qui potior. in pign. 1.

Persequitur autem creditor rem pignori oppositam actione Seruiana, vel quasi Seruiana a. Pignore enim constituto non debet creditor hypotheca possessionem priuata auctoritate inuadere b, etiamsi ita expresse inter contrahentes conuenierit. Quamuis enim vim hoc casu facere non videatur, si legem conuentam exerceat: tamen nihilominus auctoritate magistratus possessionem adipisci conuenit c.

a) §. item Seruiana. Inst. de act. b) l. pen. & ult. ad l. Iul. de vi priu. l. in possessionem. C. eod. l. extat. 13. quod met. causi. c) l. 3. de pignorib. & hyp. l. pen. C. de pign. act. l. cum creditor 55. de Furt. l. cum debitoris. C. de iudic. V Vel. in par. ff. de distract. pig. n. 10.

## XXXIII.

*Seruiana* (à *Servio* pretore, qui eam introduxit, ita appellata) a est actio pratoria realis b, qua creditor de rebus coloni, sibi pro mercede & deterioratione fundi obligatis experitur c.

a) arg. §. namq; si cui. in fin. Instit. de actionib. b) d. l. pignoris. 17. l. si fundus. 16. §. in vindicatione. 3. de pignorib. & hypoth. l. pignoris. 18. C. eod. c) d. §. item *Seruiana*. ubi *Donel.* n. 2. Inst. de action. idem d. tract. de pignorib. cap. 4.

## XXXV.

*Quasi Serviana* est actio pratoria realis a, qua creditor res inquilini b, tacito iure sibi oppignoratas c, vel res alterius debitoris d expresse vel tacite sibi hypothecat as c persequitur.

a) d. l. pignoris. 17. de pignor. d. l. pignoris. 18. C. eod. b) d. §. item *Seruiana*. & ibi *Cuiac.* Instit. de actionib. c) l. 4. in princ. l. 6. in quibus causis. pig. tac. contrah. d) d. §. item *Seruiana*. e) l. i. C. com. de legat.

## XXXVI.

*Hæc actio etiam hypothecaria* a, interdum utilis *Seruiana* b, quandoq; simpliciter *Seruiana* c, abusive pignoratitia d dicitur.

a) d. §. item *Seruiana*. b) l. aliquando. 13. §. i. ad *Velleian.* l. i. C. com. de legat. c) l. 3. in princ. l. vel quæ. 7. l. si debitor. 10. l. si inter. 21. §. si debitor. de pignor. & hyp. l. 4. in princ. quib. mod. pign. solu. d) l. si *Titio*. 22. de pignor. & hyp. l. communi 7. §. inter eos. comm. diuid. l. 3. §. est autem. ad exhib. l. duobus. 19. l. pen. in fin. de except. rei iudic. *Don.* cap. 9.

## XXXVII.

*Sed cum sint in rem actiones de pignore persequendo, aduersus omnes dantur, qui rem tenent, possident ve, aut dolo malo desierunt possidere, ut id restituant.*

l. si fundus. 16. §. in vindicatione. de pign. & hyp. l. officium. 9. de rei vindic. l. actionum genera. 25. in princ. de obl. & act. *Donel.* d. c. 9.

## XXXVIII.

*Ante omnia autem in his probandum est, quod inter agentem & debitorem conuenit, ut res pignori hypothecæ sit, sed et si hoc probet actor, illud quoq; implere debet, rem pertinere ad debitorem eo tempore, quo conuenit de pignore, aut cuius voluntate hypotheca data est.*

l. ante omnia. 23. de probation. l. 3. in princ. l. & quæ nondum. 15. §. quod dicitur de pignor. & hypoth. *Gail.* lib. 2. obs. 26.



*In his ut & in aliis in rem actionibus, siquidem sint arbitraria, iuratur in litem si res non praestetur.*

d.l. si fundus. d. §. in vindicatione. l. si inter. 21. §. si res. 3. de pignor. & hyp. l. qui restituere. de rei vindicat.

## XL.

*Pereunt haec actiones aduersus extraneum bona fidei possessorem annis decem inter praesentes, aut viginti inter absentes a, aduersus male fidei possessorem annis triginta b. Debitor autem ipse vel heres eius, si conueniatur, non gaudet nisi quadraginta annorum praescriptione c.*

a) l. si à creditore. & l. ult. C. de obl. & act. l. 1. & 2. C. si aduers. credit. praesc. opp. l. creditor. de diuers. & temp. praescr. b) l. cum notissimi. in princ. C. de praescr. 30. vel 40. annor. c) d. l. cum notissimi. §. 1. Cuiac. de diuers. & temp. praescr. cap. 30. & 31. idem in parat. C. de praescr. 30. vel 40. annor. Balduin. de pignor. & hypoth. cap. 20. circ. fin.

## XLI.

*At qualis sit haec possessio, quam nanciscitur creditor iure pignoris dubitatur. Et nudam esse seu corporalem affirmamus a, adeo ut ne fructus quidem creditor lucretur b, nisi ita conuenierit, ut pro pecunia loco usurarum percipiat fructus pignoris, cog. interea utatur fruatur c, quae species pignoris à *νύξηνος* vocatur d.*

a) l. debitor. 40. §. ult. de pig. act. Balduin. de pignor. & hypothec. cap. 15. Hotom. ad tit. de pignorib. & hypoth. fol. 27. Cuiac. 18. obs. 24. b) l. 1. 2. & 3. C. de pign. act. l. si dominium. C. de pignor. l. 1. C. de distract. pign. c) l. si is qui ri. §. 1. de pignor. & hypothec. l. si ea pactione 14. & l. si ea lege. 17. C. de usur. d) l. si pecuniam. 33. de pig. act. d. l. si is qui. Cuiac. lib. 3. obs. 35. idem lib. 8. obs. 17. Mynsing. cent. 6. obs. 71. Gail. 2. obs. 3.

## XLII.

*Lex tamen commissoria, hoc est, si creditor ea lege pignus acceperit, ut si ad diem constitutum pecunia non solvatur, suum id faciat, propriumq. habeat, merito in pignoribus improbat.*

l. ult. C. de pact. & leg. commiss. Baldui. de pignor. cap. 17. Mudæ. eod. tract. cap. de lege commissoria.

## XLIII.

*Possessione pignoris per creditorem a vocata, si debitor nihilominus frustr-*

*frustretur, & moram in soluendo committat, permittitur creditori pignus vendere, & sibi de precio satisfacere.*

l. creditor. 13. & tot. tit. de distract. pig. l. 6. & tot. tit. C. cod.

#### XLIIII.

*Pignoris distractio est nihil aliud, quam alienatio rei pignorat & legitime facta à creditore, cui pignus iure obligatum est, heredeve eius.*

Cuiac. in parat. C. de distract. pig. l. qui a creditore. 18. C. cod. Vult. num. 53.

#### XLV.

*Ac sciendum est, solenne olim fuisse, ut pactum de pignore apponeretur a, quod ita postea in mores abiit, ut quamuis non sit appositum, pro conuento tamen habeatur, & eo iure utimur b.*

a) l. 4. C. de pig. act. b) l. 4. ff. eod. l. creditoris 8. de distract. pign. VVesemb. in parat. ff. de distract. pign. n. 2.

#### XLVI.

*Pactio adiecta, aut pactum de distrabendo pignore factum est, aut de non distrabendo a. Si itaq; pactio de modo distrabendi pignoris sit adiecta, potest creditor ex conuentione tanquam ex voluntate debitoris pignus distrabere b, quod tamen ex bona fide facere solenniter debet, alioqui pignoratitia tenetur c. Si nullum pactum interuenit, denunciabit creditor testatò d, idq; ter e debitori, se velle distrabere, nisi solutio fiat.*

a) d. l. 4. C. de pig. act. d. l. 4. ff. eod. b) §. contra autem. Inst. quib. alien. lic. vel non. & ibi VVesemb. l. si cessante. 7. C. de distract. pig. l. ult. §. 1. C. de iur. dom. impetrand. c) d. l. 4. C. de pig. act. l. 4. & 9. C. de distract. pign. l. 1. & tot. tit. C. si vend. pign. agat. d) d. l. 4. C. de distract. pig. e) Paul. lib. 2. sent. tit. 5. ubi Cuiac. VVesemb. in parat. ff. de distract. pig. num. 3.

#### XLVII.

*Quod si pactum de non distrabendo interuenierit, distinguendum est, aut enim distractione interdictum est debitori, & ipso iure nulla est venditio a, aut creditori, & tunc alienans furti obligatur b, nisi post ternam denunciationem, debitore non solvente, alienationem fecerit c.*

a) l. si creditor. 7. §. fin. de distract. pign. b) l. si is qui pignori. 66. in princ. de Furt. c) d. l. 4. de pign. act. Paul. 2. sent. tit. 13. §. 5. ubi Cuiac.

XLVIII.

*Creditori autem post trinam denunciationem testatò factam, & mediocribus interuallis distinctam, ita ut inter unamquamq; dies decem intercedant a, pignus vendere licet, non expectata biennii meta b.*

a) arg. l. promissor. 21. §. si sine. de const. pecun. l. ad peremptorium. 68. cum seq. de iudic. Donel. cap. 10. b) l. si cessante. 7. C. de distr. pign. Donel. d. cap. Dissent. VVef. de distract. pign. n. 3. & 4.

XLIX.

*Pignore iure creditoris & pignoris lege distracto, per creditorem iustum plenumq; rei dominium, quod in eo habuit debitor, ad emtorem secuta traditione transfertur a, nec de evictione creditor tenetur, nisi ad evictionis periculum se obstrinxit, vel sciens prudensq; rem esse alienam mala fide contraxit b. Re tamen evicta emtori contrariam pignoratitiam actionem, quam aduersus debitorem habet, prestare cogitur c.*

a) l. non est novum. 46. de acq. rer. dom. l. qui. 18. C. de distract. pign. b) tot. tit. C. creditor. evict. pig. non deb. l. emtorem. 11. §. sententiam. de act. emt. c) l. in creditore. 38. de eviction.

L.

*Sed quid si res emtorem non inueniat? neq; etiam debitor pignus luat? biennio à denunciatione de distrabendo pignore debitori facta, elapso, creditori id postulanti à principe res oppignorata addicitur, hac conditione, ut intra biennium liber regressus debitori ad pignus recuperandum pateat, si pecuniam cum usuris offerat, biennio etiam illo effluxo omnis recuperandi facultas amissa est.*

l. ult. §. sin verò nemo. C. de iur. dom. imp. Vult. n. 71.

LI.

*Verum quia eadem res pluribus nonnunquam obligatur, disceptari solet tam in persecutione, quam distractione pignoris, ac dominii impetratione, Uter alteri sit preferendus, Ubi regulariter verum est, potiorum esse in iure pignoris, qui prior est tempore.*

l. potior. 11. l. qui balneum. 9. qui pot. in pign. hab. l. 2. 4. 8. C. eod. c. qui prior. de reg. iur. in 6.

## LII.

*Quod in omni pignoris specie locum habet, siue hypotheca illud sit, siue pignus proprie a. Neq. interest pignus conuentionale b sit, an pratorium c, (si modo ex causis titulisq. diuersis creditores qui pratorium pignus habent, veniant) d an iudiciale e, res specialiter obligetur, an generaliter f, an etiam tacite g.*

a) l. creditor. 12. §. ult. qui pot. in pign. hab. b) l. 3. §. 1. & tot. tit. eod. c) l. 2. & 3. C. eod. & ibi Cuiac. in par. d) Cui. d. loco. idem lib. 9. obs. 37. Sichard. ad d. l. 2. in fin. C. qui pot. in pig. e) l. si & iure 10. qui potior. in pig. hab. Gail. 2. obs. 25. n. 3. f) l. 2. in princ. qui pot. in pign. l. 6. C. eod. Gail. d. loco. g) l. si pignus. 8. qui pot. in pign. VVef. in par. ff. qui pot. in pign. n. 2. Vult. n. 72.

## LIII.

*Si igitur plures simul sibi habent rem in solidum oppignoratam, singuli in solidum aduersus extraneos Seruiana utuntur, & prior preferendus est. Inter ipsos autem si moueatur questio, melior conditio est possidentis a. Si vero id fuerit actum, ut pro partibus res obligetur, utilis actio competit inter ipsos & aduersus extraneos, per quam singuli partis dimidiam possessionem apprehendunt b.*

a) l. si debitor. 10. l. si fundus. 16. §. pen. de pig. & hypoth. l. 1. §. 1. de Saluia. interd. b) dd. ll. Cui. 5. obs. 24.

## LIIII.

*Prior autem creditor is intelligitur, qui cum debitore prior contraxit, & cui prius res obligata est a, qui etiam & is prior esse habetur, qui, cum creditor esset posterior, in locum prioris succedit, offerendo ei & soluendo debitam pecuniam cum usuris b.*

a) l. diuersis. 8. C. qui pot. in pign. habeant. l. qui balneum. 9. ff. eod. l. pen. quæ res pig. obl. non poss. b) l. 1. C. qui pot. in pign. hab. l. fin. C. de his qui in prior. credit. loc. succed.

## LV.

*Nihil refert priuati sint creditores, an cum his concurrant priuilegiati. Non enim distinguimus in pignore inter causam fisci, & priuati a, nisi quoad bona post contractum cum fisco initu debitori acquisita b.*

a) l. si pignus. 8. l. fin. §. fin. qui pot. in pign. b) l. si qui. 28. de iur. fisc. ubi Cui. in par. idem lib. 10. obs. 22. Hotom. ad tit. qui pot. in pign. fol. 77. Connan. lib. 4. comm. iur. c. 17. n. 7. Dissent. Don. c. 12. LVI. in-

## LVI.

*Interdum tamen ex summa equitatis ratione praefertur posterior creditor priori, ut puta, qui ad rei oppignorata consecutionem & conseruationem credidit a, vel qui pecuniam ad rem emendam dedit, & statim specialiter sibi eam obligauit b, quod tamen in pupillo, cuius pecunia res emta est, ipso iure obtinet absq. conuentione c.*

a) l. interdum. §. cum seq. qui pot. in pig. hab. b) l. licet. 7. C. eod. c) l. idemq. 7. qui pot. in pig. l. 3. in princ. de reb. eor. qui sub tut. sunt. Negufant. de pignorb. memb. 2. part. §. n. 15. cum seqq.

## LVII.

*Mulierem ratione dotis (realiter numerate) omnibus creditoribus etiam anteriorem siue tacitam siue expressam habentibus praeferritur: Et hoc in dote tantum, non in paraphernalibus, & donatione propter nuptias obtinere b statuimus.*

a) §. fuerat. 29. Inst. de act. ubi Mynf. n. 12. & 13. l. in rebus. C. de iur. dot. l. assiduis §. adhæc. 1. vers. sancimus. C. qui pot. in pig. Nouel. 109. cap. 1. Muda. tract. de pign. cap. quib. mod. pig. vel hyp. n. 97. Petr. Vanderan. de priuileg. credit. cap. 4. Oldend. class. 3. act. 11. Cuiac. in par. C. de priuileg. dot. Mynf. cent. 4. obs. 13. & cent. 1. obs. 61. Vaud. lib. 1. quaest. 21. Dissent. Negufant. part. 5. memb. 2. n. 16. & 23. Donel. de pignor. cap. 12. in fin. Idem in §. fuerat. Inst. de act. & in d. lult. C. qui pot. in pign. hab. Gail. 2. obs. 25. n. 10. b) Theoph. in §. fuerat. Inst. de act. Mynf. cent. 5. obs. 4. idem ad d. §. fuerat. Inst. de act.

## LVIII.

*Is autem qui seruum redemit ab hostibus, omnibus omninò creditoribus etiam prioribus in pignore merito potior est.*

l. in bello. 12. §. si pignori. de captiu. & postlim. reuers.

## LIX.

*Hac ita regulariter, sed cum iuris anomalia inter creditores hypothecarios & chirographarios distinctionem faciat, & queratur de potiori creditorum causa, dicendum est, hypothecarii si concurrant simul cum chirographariis, illos etiam tempore posteriores, his quamuis prioribus praeferrunt.*

Vult. d. cap. in fin. l. pro debito. 6. C. de bon. aucto. iudic. possid. l. eos qui. 9. C. qui pot. in pign. Gail. d. obs. lib. 2. n. 12.

## LX.

*Ceterum non potest debitor hanc pignoratæ rei distractionem impedire, nisi pignus ipse soluat.*

l. i. C. debitor. vendit. pig. imped. non poss. l. si priusquam. 8. C. de distract. pign. Cuiac. 5. obl. 16.

## LXI.

*Solvitur autem pignus primum naturali solutione a, aut oblatione, consignatione, & depositione eius, quod debetur b. Atq. totum debitum exolutum esse debet, aut eo nomine plenè vel legitime creditori satisfactum c.*

a) l. solutam 49. de solut. b) l. i. C. qui pot. in pign. hab. l. obsignatione. 9. C. de solution. l. acceptam. 19. C. de usur. l. nec creditores. 10. & l. ult. C. de pign. act. l. pen. quib. mod. pig. solu. l. i. C. de lution. pig.

## LXII.

*Hinc in questionem venit, utrum particularis solutio invito creditori sit obrudenda? Quod negamus.*

Hotom. lib. illustr. quæst. quæst. 22.

## LXIII.

*Ficta etiam solutione pignoris obligatio extinguitur, ut si creditor quod debetur donet debitori a, aut paciscatur ne petat b, aut obligationem novet c.*

a) l. i. §. i. quib. mod. pig. solu. b) l. solvitur. 5. cod. l. si tibi. 17. §. de pig. ignore. de pact. c) l. novatione. 18. de novation. l. solutum. §. i. de pig. act.

## LXIII.

*Deinde evanescit voluntate creditoris vel expressa, puta si conveniatur inter partes, ut ab hypotheca discedatur a, vel tacita, ut si creditor venditioni, hoc est, alienationi b, aut novæ obligationi pignoris consentiat c. Pignore tamen debitori reddito, nihilominus integra manet debiti petitio d.*

a) d. l. 5. in princ. b) l. si debitor. 4. l. si consensit. 7. in princ. l. sicut. 8. §. si voluntate. 6. cum seqq. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. c) l. Paulus. 12. cod. d) l. 3. de pact.

## LXV.

*Finitur præterea pignus rei totius interitum a, tempore b, mutatione personæ debitoris c, sententia, vel iureiurando, si iudicatum iuratumve sit nihil deberi, aut pignus non esse obligatum d,*

a) d.l. sicut 8. in princ. b) litem liberatur. 6. in princ. c) l. i. §. fin. d) d. l. soluitur. 5. §. fin. l. si deferente. 13. quib. mod. pig. vel hypoth. solu.

LXVI.

*Soluta autem debito, solutaq; pignoris obligatione, competit actio pignoratitia, quae est civilis, & diducitur in directam & contrariam. Ac quemadmodum durat actio Seruiana & quasi Seruiana pignoris obligatione durate: Ita haec nascitur sublato pignore.*

VVes. in par. ff. de pig. act. n. 6.

LXVII.

*Directa pignoratitia actio est, qua debitor agit aduersus creditorem ad rem oppignoratam, soluto debito, recuperandam a, unà cum fructibus, quos creditor non lucratur, sed vel restituere volente debitore cogitur, vel imputare in fortem b.*

a) l. debitor. 40. §. ult. de pig. act. l. pignoris. II. C. eod. b) l. si rem alienam. 9. in fin. l. si pignore. 22. §. si prado. de pign. act. l. i. 2. 3. & ult. C. eod.

LXVIII.

*Si quoq; res pignolata creditoris dolo vel culpa deterior facta sit, aut perita, eo nomine haec actio debitori conceditur a, siquidem ad exactam rei pignolatae diligentiam prestandam creditor tenetur b.*

a) l. contractus 23. de reg. iur. l. si seruos. 25. de pig. act. l. sicut vim. 19. C. de pign. & hyp. l. si ut certo. 5. §. nunc videndum. commod. b) §. ult. Inst. quib. mod. re contrah. obl. l. ea igitur. 14. de pig. act.

LXIX.

*Distinguitur tamen inter pignus auctoritate magistratus constitutum a, & conuentione contractum. In hoc de dolo & culpa creditor tenetur b, in illo de dolo tantum c.*

a) quia eius nomine haec quoq; actio competit. l. is cui. 5. §. quæri poterit. 21. & ibi Bart. ut in possess. legator. b) d. l. 5. §. nunc videndum. commod. d. l. 14. de pig. act. c) l. prætor ait. 9. §. est præterea. 5. de reb. auctor. iudic. possid. Balduin. tract. de pignorib. cap. ult.

LXX.

*Peti etiam hac actione potest, ut repromittat creditor, quod sua culpa pignus non sit factum deterius, puta si fuerit prædium pignoratam, ne forte seruitutes negligentia creditoris amissa sint: Nam talem rem restituere debet, qualis fuit tempore obligationis.*

l. creditor. 15. de pig. act. Oldend. class. 3. act. 12.

Datur

## LXXI.

*Datur hac actio ei, qui pignus opposuit etiam alienum, unde si ut prædioni etiam competat a, debitoris quoq; heredibus non denegat ut b.*

a) d. l. si rem alienam. 9. §. is quoq; d. l. si pignore. 22. §. si pædioni de pig. act. b) l. nec creditores. C. eod. l. si uxor tua. C. de pign. & hypoth.

## LXXII.

*Interdum ante solutionem quis rectè agit pignoratitia, ut si agens in iudicio debitum offerat a, si fortè re pignoratata abutatur creditor, aut dolo debitorem impediatur, quo minus iure suo uti queat b.*

a) d. l. si rem alienam. §. fin. b) l. fin. in princ. versic. si operam. de pig. act. VV esenb. de pign. act. n. 7.

## LXXIII.

*Agitur autem aduersus creditorem sine legitima causa pignus retentionem a, eiusq; heredes b, non tamen contra tertium possessorem, si quidem personalis sit c.*

a) §. fin. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. solutum. 11. §. si in fortem. de pig. act. b) d. l. nec creditores in princ. C. eod. c) l. fin. C. de distract. pign. Negulant. tract. de pignorib. part. 7. memb. 2. n. 1. & seq. Baldui. eod. tract. cap. ult.

## LXXIII.

*Tollitur hac actio pignoratitia cum nata fuerit, longissimi temporis prescriptione.*

d. l. nec creditores. & ibi Azo & alii l. ult. C. de pign. act. l. neq; mutui. §. C. quibus non obijc. long. temp. præscript. l. 2. in princ. ibi, in qua omnes personales actiones positæ sunt. C. de const. pecuni. Negulant. tract. de pignorib. part. 6. memb. 2. n. 19. & seq. Zaf. in §. actionum. 28. Inst. de act. n. 62.

## LXXV.

*Vtrum autem iuri offerendi lucendiq; pignoris spacio 30. annorum præscribatur, magna est apud Dd. controversia? Placet nobis negatiua a, quam tanquam veriore, æquiore, melioribusq; rationibus fulciat Camera Imperialis sequitur b.*

a) Cuiac. in l. pignori. 13. de usurp. & usucap. idem in par. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Hippolyt. de Marfil. tract. de fideiussorib. nu. 101. Zaf. in d. §. actionum. Inst. de act. n. 62. in fin. cum seqq. Borcholt. in tract. de usur. cap. 6. à n. 10. usq; ad fin. b) Mynf. obl. 16. cent. 1. & conf.



31. n. 7. & seqq. Gail. 2. obs. 18. Diffentiunt Accurs. in d. l. pignori. Tiracquel. de retract. conuent. n. 26. Schurff. conf. 70. cent. 1. idem conf. 88 cent. 2. n. 9. VVes. part. 1. conf. 2. n. 94. idem conf. 8. n. 3. ubi multos allegat, hanc sententiam affirmativam qui defendunt.

LXXVI.

*Contraria pignoratitia competit creditori aduersus debitorem, quod id quod sibi ratione pignoris abest, persequitur a. Si enim creditor in pignore vel hypotheca impensas fecerit necessarias, hoc est, sine quibus res aut omnino peritura, aut deterior futura erat, non modo retentionem habebit, sed etiam hanc contrariam pignoratitiam actionem b.*

a) l. tutor. 16. §. contrariam. de pign. act. b) l. si necessarias. in princ. l. si seruos. 25. eod. l. i. in princ. de pig. & hypoth. Oldendorp. class. 3. act. 13.

LXXVII.

*Denig, si rem alienam, vel alio vitio laborantem pignori obligauerit debitor a, vel ipso pignore creditori alius casibus damnum dederit, hoc contrario iudicio, ut creditorem indemnem prestet, tenetur b.*

a) l. si rem 9. l. cum debitore. 32. de pign. act. tot. tit. C. si al. res pign. dat. sit. b) l. 1. §. 1. & 2. l. 2. l. tutor. 16. §. 1. l. si seruos. 31. l. si quis. 36. in princ. & §. 1. de pig. action.

F I N I S.



ira.  
C.88  
alle

qua  
pi.  
ibm  
tio-  
n b.  
nc.l  
t.13.

ave-  
rit,

ign.  
rinc

380/44/60684(3)

X13<4460684300017



